



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

362. Prima concio S. Petri, de Passione & Resurrectione Domini.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

CHRISTI REDIVIUI. 329
MEDITATIO CCCLXII.

*Prima concio S. Petri, de Passione &
Resurrectione Domini.*

I. **V**iri Israëlitaë, audite verba hæc: IESUM NAZARENUM, virum approbatum à DEO in vobis, virtutibus, & prodigijs, & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis: hunc definito consilio & præscientiâ DEI traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis. *Actor. 2. Vers. 22. & 23.*

II. Quem Deus suscitavit, solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. David enim dicit in eum: Providebam Dominum, &c. *Actor. 2. V. 24. & 25.* Caro mea requiescet in spe: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ: &c. *Actor. 2. V. 26. 27. 28.*

III. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, quoniam defunctus est, &c. *Vers. 29.* Propheta igitur cum esset, & sciret, quia jurejurando jurasset illi Deus de fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus: providens locutus est de Resurrectione Christi, quia neque derelictus est
in

in inferno, neque caro ejus vidit corruptio-
nem. *Actor. 2. v. 30. 31.*

IV. Hunc IESUM resuscitavit Deus: cu-
jus omnes nos testes sumus. *Vers. 32.* Cer-
rissimè sciat ergo omnis domus Israël, quia &
Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc
IESUM, quem vos crucifixistis. *Vers. 36.* His
autem auditis, compuncti sunt corde. *Actor.*
2. Vers. 37.

MEDITATIO CCCLXIII.

*Alia ejusdem Petri concio, de Passione
Domini, & Resurrectione.*

I. **V**iri Israëlitarum, quid miramini in hoc, aut
nos quid intuemini, quasi nostram vir-
tute aut potestate fecerimus hunc (claudum
ex utero matris suae) ambulare? Deus Abra-
ham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus pa-
trum nostrorum, glorificavit filium suum
IESUM, quem vos quidem tradidistis, & ne-
gastis ante faciem Pilati, judicante illo dimit-
ti. *Act. 3. v. 12. 13.*

II. Vos autem sanctum & justum ne-
gastis, & petistis virum homicidam donari
vobis: auctorem verò vitae interfecistis,
quem Deus suscitavit à mortuis, cujus nos
testes sumus. *Act. 3. v. 14. & 15.*

III. Et